Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



62.

dire ab hoc seculo. Ca m sedm Fratres mei. nolite in
personarum acceptione habere fidem domini nostri ihu xpi
gloriae. Etenim si introierit in conventum vestrum vir anulum
aureum habens in veste candida introierit autem
et pauper in sordido habitu. et intendatis in eum qui
indutus est veste preclara. et dixeritis tu sede hic bene.
pauperi autem dicatis tu sta illic. aut sede sub scabel
lo pedum meorum. nonne iudicatis apud vosmetipsos. et
facti estis iudices cogitationum iniquarum. Audite vii.
fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc
mundo. divites in fide. et heredes regni quod repro
misit deus diligentibus se. Vos autem exhonorastis pau
peres. Nonne divites per potentiam obprimunt vos.
et ipsi traducunt vos ad iudicia. Nonne ipsi blas
phemant bonum nomen. quod invocatum est super vos.
Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas
diliges proximum tuum sicut te ipsum. bene facitis. Si
autem personam accipitis peccatum operamini. redargu
ti a lege quasi transgressores. Qui cumque autem tota viii.
legem servaverit offendat autem in uno factus
est omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis.
dixit et non occides. Quod si non mechaberis occides autem.
factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic
facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.
Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.
superexaltat autem misericordia iudicio.
Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere.
opera autem non habeat. numquid poterit fides saluare
eum. Si autem frater aut soror nudi sint et indigent victu
cotidiano. dicat autem aliquis de vobis ite in